

pater materque defecerit, aequum est, ut avi us aviaque promortuo filio filiaque curam suscipiant nepotum ac neptium. Quod et in parentibus longius remotis pari ratione procedit. Atque hinc ortum traxit ius illud, ut nepos filii loco succedat - - - Denique seruasse repraesentationem in successione descendantium tempublicam Hebraeorum, sanctissimis ipsius Dei institutis celebratissimam. Quam in rem Strykius ad testimonium citat caput Geneseos II. v. 31. Vid. tract. de success. ab intest. Diss. I. §. 68. Et accuratius Seldenus in Libro singulari de Successionib. in bona defunct. ad leges Ebraeorum cap. 1. repraesentationem apud eos visitatam enarravit. Vbi: nepotes, inquit, et neptes eorumque posteri, defunctis liberis, induita parentum persona suo succedunt. Et mox recitato Numeror. capit. 27. versu 8. neque, inquit, a liberorum ratione diuersam heic habent eam, quae est nepotum neptumque, qui liberorum defunctorum sine parentum suorum locos occupant adeoque iure successionis vicariae, seu, quod vocamus, repraesentationis, succedunt.

## §. XI.

Sed alii iam obseruando summatim notauerunt, istas et reliquas, quae circumferuntur, rationes, quibus successio- nem ab intestato, quatenus ea primum ad descendentes, dein ad ascendentibus, postremo ad collaterales deuoluitur, iuris naturae principiis subnixam esse perhibent, magis sua- forias esse quam praceptivas, neque, quid necessario fieri debeat, sed, quid expedit ac prudens aut venustum de- censque sit in successione, commonstrare. Vid. Illustris Böhmerus in Introd. in ius publ. vniuersale Part. Spec. Libr. III. Cap. IV. §. 18. et not. lit. q. Paullum tamen explicatius dicam. Quum Deus cuilibet homini rebus ytendi creatis ad

C 2

ne-

Rationes  
successio-  
nem ab in-  
testato ex  
iure natu-  
rae afferen-  
tium suasori-  
as tantum  
sunt, non  
pracepti-  
uae. Lau-  
datur Böh-  
merus,